

gaudens, quæ potius propriam speciem constituit ac **Thrinicia subglabra** Gdgr. nominandam videatur.

Tandem in opere meo *Flora Europæ*, XIV, p. 334, olim descripsi subspecies duas *T. nudicaulis* affines, nempe :

4. { Involucrum et scapi glaberrima, folia tenuiter pilosa nec hispida obtuse dentata. — Madera, Ribero Sero, Rib. Sta Luzia (*Mandon* n. 153!) **Thrinicia maderensis** Gdgr.
 Involucrum sparse hirtum, scapi hispidissimi, folia setosa ambitu ovato-lanceolata basi attenuata acute serrata. — Açores, Caldeira de Fayal (*Thiebaut* n. 812!)... **Thrinicia azorica** Gdgr.
 Involucrum cum scapo hispidissima, folia setosa ambitu oblongo-acuta basi attenuata et pinnata, cæterum longe et acute dentata. — Açores, in insula, S. Miguel ad Sete Cidades (*Carreiro* n. 902 A!)..... **Thrinicia nudicaulis** Lowe!

G. Mandon, insuper sub eodem n. 153. *Thriniciam hirtam* Roth et *T. nudicalycem* permixte distribuit quæ, capitulis magnis, ligalis elongatis, etc., a planta europæa sat distinctæ sunt.

✓ **Xanthium pensylvanicum** Gdgr. — Inerme, folia ambitu deltoideo-triangularia subacuta basi truncata longe petiolata glabrescentia vix aspera obscure trilobata, lobis et dentibus obtusis, involucrum oblongum prorsus hamatum subpedunculatum glaberrimum lucidum, ejus spinis glabris breviter curvatis, rostra convergentia.

HAB. : America bor., Pennsylvania Delaware ad Darby Creek (*Mac Elwee* n. 1 316!).

A *X. canadense* Mill. differt foliis glabrescentibus, involucro oblongo duplo minore glabro, etc.

✓ **Franseria californica** Gdgr. — A *F. Hookeriana* Nutt. differt pube tenuissima grisea nec muricata, ramis non scabris, foliis ambitu oblongo-lanceolatis remote pinnatisectis, racemis masculis laxifloris, involucri ♀ spinis rubentibus fere duplo (5-5,5 mm.) longioribus.

HAB. : California, ad San Bernardino (*Parish* sine n. !)

Herba viridi-grisescens prostrata ramosissima, caulibus ut in cæteris speciminibus americanis (Oregon: *Cusick* n. 2 129!; Montana: *Blankinship*!; Colorado: *Crandall*!) multo minus vel non hirtis-muricatis.

Campanula saxonorum Gdgr. — Distinguitur a *C. propinqua* F. M. (sec. specimina authentica herbarii mei a Szovits in Persia bor. lecta!) indumento hispidissimo elongato strigoso (nec tenui vel pube minuta), calyce longe setoso, sepalis corolla subduplo brevioribus, foliis oblongis integerrimis apice attenuatis nec obtusis.

HAB. Anatolia, ad Amasia (*Bornmüller* n. 581!); Armenia, in monte Dolidayh (*Bornmüller* n. 3 429!) et ad Gumuschkhane (*Sintenis* n. 6 014!).

Specimina Szovitsiana 6-8 cm. alta sunt tenuiter sed scabrè pubescentia, folia suboblonga obtusa, flores pauciores divaricatim pedunculati.

Wahlenbergia planifolia Gdgr. — Annua bipedalis glabra stricte ramosissima, folia oblongo-linearè lanceolata sessilia nec dilitata crassa marginibus plana integerrima uninervia, anthela ramosa, pedunculi uniflori valde elongati crassi sulcati, calyx glaber, sepala lineari-